

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

1992

17.

Jan. 3. 2

31

CREDITORUM

CONCURSU, QUALITATE,

ET COLLOCATIONE.

1636, 1.

QUAM

SUB DIVINI NUMINIS

PRÆSIDIO,

DECRETO ET AUTHORITY

NOBILISSIMI, ET AMPLISSIMI

JURISCONSULTORUM

ORDINIS,

PRO CONSEQUENDIS IN UTROQUE

JURE SUMMIS HONORIBUS, ET

PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS,

PUBLICÆ ET SOLENNICENSURÆ

SVBMITTIT

PAULUS FRIDERICI

ARGENTORATENSIS.

Ad diem



ARGENTORATI,

Typis WILHELMI CHRISTIANI GLASERI,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

M DC XXXVI.

Benè universa geruntur & competenter, si
rei principium fiat decens & amabile DE O. Nov. 6. in pr.
Mihi ergo materiam DE CREDITORUM CON-
CURSU, QUALITATE, ET COLLOCATIONE
in ordinem aliquem redacturo publico que examini sub-
jecturo pro principio sit votum

*Tu DEUS alme juva, nostrisq; laboribus adsta: et
Hostiam ego laudis sacrificabo tibi.*

THESIS I.



Id debitor aut bonis cesserit. *l. legis Juliae. 4. v. sed venditionis. C. qui bonis cedere possunt. aut latitaverit. l. Fulcinius. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. l. cum proponas. 9. C. de bonis auth. jud. poss. aut absens non fuerit defensus. l. in possessionem. 6. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. aut sine herede decesserit l. si bonus. l. pro debito 6. §. quod si specialiter. C. de bonis auth. jud. poss. aut dubitatum fuerit extituru*

rus sit heres, nec ne. *l. si diu. 8. cum l. seq. ff. ex quib. caus. aut si heres quasi suspectus satisfacere creditoribus jussus decreto non obtemperaverit, l. si creditores 31. §. 3. ff. de reb. auth. jud. poss. Tunc mittuntur creditores in bona. l. 2. pr. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 2. §. fin. C. ubi in rem actio exercetur. & ad venditionem proceditur. l. legis Juliae. 4. C. qui bon. ced. poss. & ita fit concursus.*

2. Concurrentur creditores in pignore. *l. idemq; 7. pr. ff. qui pot. heredes in hereditate, §. si plures 8. Inst. de hered. inst. Quantitates in materia compensationis. l. cum alter. 11. ff. de compens. Jura §. sed hodie 2. Inst. de adopt. Actiones. l. nunquam 60. ff. de O. & A. l. nunquam. 130. ff. de R. I. l. qui servum 34. pr. ff. de O. & A. Delicta l. nunquam. 2. ff. de priv. delict. Summae. l. Titia. 34. §. qui invit. 5 ff. de leg. 2. Hic de concursu creditorum in bonis debitorum.*

A 2

3. Cre-

3. Creditoris vocabulum in jure non uno tantum modo sumitur; sed in generali significatione creditorum appellatione veniunt omnes ij, quibus ex quâlibet causâ debetur. *l. creditorum 11. ff. de V. S.* ita ut ex quâcunq; causâ actio cum fraudatore iis competat. *l. si cum 16. §. ne quis 2. ff. qui & à quib. manumissi.* Quales sunt ij quibus ex empto, vel ex Locato, vel ex alio ullo debetur: sed etsi ex delicto debeatur, mihi videtur posse Creditoris loco accipi. *l. ut si 12. pr. ff. de V. S.* In specialiori verò significatione Creditoris esse dicitur, qui cuicumque rei assentiatur, alienam fidem secutus, mox recepturus quid ex hoc contractu, credere dicitur. *l. ère est. 1. ff. de reb. cred. l. creditores 10. ff. de V. S.* In specialissimâ denique significatione Creditor accipitur pro eo, qui pecuniam mutuam dedit. *d. l. creditorum. 11. ff. de V. S. l. tutor 19. §. cum haberes 5. ff. ad SC. Vellei. l. mutua. 14. C. si cert. pet. l. patris 27. §. si pecuniam 1. ff. de minor. l. mutuum 2 §. mutui. 1. ff. de reb. cred.*

4. Ex quibus prima & generalis acceptio hujus loci propria est.

5. Quâ in significatione etsi vulgò etiam dicantur creditores, qui sunt domini rerum extantium, propriè tamen loquendo inter Creditores computari non possunt, sed potius creditoribus opponuntur. *l. si ventri 24. §. in bonis 2. ibi, aliud est enim. & c. ff. de reb. auth. jud. l. procuratoris 5. §. sed si 18. de Trib. act.* Cum res quas tuas esse liquido probaveris, ab aliis separari petas, ut tibi restituantur, nullum verò in rebus alienis privilegium alleges. *l. bona mariti 1. C. de priv. fisc.* Ideoque Jureconsultus Ulpianus, eum qui rem suam vindicat, nullum privilegium habere in bonis debitoris, sed ante privilegia esse dicit. *d. l. si ventri 24. §. in bonis 2. ff. de reb. auth. jud. possid.*

6. Creditores autem licentiam non habent propriâ auctoritate bona vendere, sed debent hoc postulare à judice. *l. cum proponas 9. in fin. C. de bonis auth. jud. l. Miles 6. §. qui judicati. ff. de re judic. ubi textus,* Qui judicati bona auctoritate suâ distraxit, furti actione, & vi bonorum raptorum ei tenetur.

7. Distractio bonorum per constitutionem hujus civitatis municipalem de Anno 152. von ungeerbtem aufgehen/ & Decretum de 30. Julij, Anno 1630, Senatui minori est demandata, qui eam per deputatos ad implorationem creditorum solet efficere.

8. A bonis vendendis excipiuntur, Res vendita traditâque ab eo, qui nullam Emptori de pretio fidem habuit. Certi enim juris est, quod res venditæ & traditæ non aliter emptori acquirantur, quàm

quàm si is venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit. §. *vendita. 42. Inst. de R. D. l. quod vendidi. 19. ff. de contrab. empt.* eò scilicet, quod voluntas tradentis venditoris non simpliciter pura, sed tacite conditionalis sit, ut nimirum ita demum dominium rei traditæ in emptorem transeat, si is vicissim pretium solverit, aut aliàs satisfecerit. Quâ conditione deficiente meritò & traditionis effectus deficiet. *arg. l. si quis ita. 13. §. hæc scriptura. ult. ff. de statulib.* Si verò is qui vendidit fidem emptoris secutus sit, statim res emptoris fit. *d. §. vendita. 42. v. sed si is. Inst. de R. D. & d. l. quod vendidi. 19. ff. de contrab. empt.* Quam fidem ex parte venditoris in dubio non præsumi notat glossa in *d. l. quod vendidi. v. satisfactione.* Inde sequitur, quod venditor qui fidem emptoris secutus, nullâ prorsus prærogativâ utatur, idè quod venditor dominium in emptorem transtulit, ipseque creditor effectus nullum privilegium habet. *d. l. procuratoris §. sed si 18. de Tribut. act.* Exceptio tamen esse videtur, si dolo alter ad fidem habendam inductus sit. *l. si quasi 3. ff. de pign. act.* tunc enim habitam fidem, tanquam in emptorem dolosum collatâ, invalidam esse notat Bald. in *l. fin. v. cum dotem. §. fin. circa fin. sol. matrim.* Quod etsi jure civili Justiniano minus fortè necessarium sit, facilè tamen in tantâ fraudatorum copiâ, & improbitate salubriter receptum, *C. I. A. de Reb. auth. jud. possid. th. 39. n. 5.* quippe cum insignem æquitatis speciem habeat, creditorem in rebus extantibus potiozem esse. *d. l. 5. §. 18. de Tribut. act. v. videamus.*

9. Excipitur Commodatum. Neque enim in commodato ita res datur, ut accipientis fiat, sed commodans & proprietatem & dominium sibi retinet. *l. rei commodata. 8. & seq. ff. commod.* At quando res æstimata commodata est, videtur dominium transferri. *l. si ut certo §. & si 3. ff. commodati.* & ita eum qui commodato dedit omne privilegium perdere, & creditoris instar esse incipere. Cum enim hoc fieri possit in rebus depositis, & locatis. *l. in navem. 31. pr. ff. locati. l. 52. si vir uxori. pr. ff. de don. inter vir. & uxor.* Cur non etiam in commodato, & hoc olim placuit Alciato *ad d. l. 2. de R. Cred.* Contraria tamen sententia communior est. *per l. si scyphos. ult. ff. de præscr. verb.*

10. Excipitur etiam Precarium: Non enim qui precario dat, animo dominium transferendi, sed sic dat, ut sibi liceat, quandoque libuerit precarium solvere. *l. precarium. 1. §. & distat. 2. ff. de precar.*

11. **Depositum.** Qui enim rem apud aliquem deponit, dominium rei suæ retinet, adeo ut alter de eâ ipsâ restituendâ teneatur. *l. obligationes. 1. §. is quoq; 5. ff. de oblig. & Action.* Ut quamvis is qui deposuit, ei, apud quem deposuit, vicissim debeat, compensatione excludi non possit. *l. si quis 11. pr. C. de pos. l. compensationes ult. §. ita tamen 1. C. de compens. §. in bona fidei 30. Inst. de Act.* Et hoc etiam verum est in eâ pecuniâ, quæ absque usuris apud argentarios deposita est, si ij foro cesserint. *l. hominem 7. §. quoties 2. l. quod privilegium 8. ff. de posit.* Non tantum in eâ quantitate, quæ in bonis argentarij ex pecuniâ depositâ reperta est, verum etiam in omnibus fraudatoris facultatibus. *d. l. quod privilegium 8.* Secus tamen est si à mensulariis usuras acceperunt, & nummi consumpti sint: sin verò nummi adhuc extent, vindicari poterunt. *l. si ventri 24. §. in bonis 2. ff. de bon. auth jud. possid.*

12. Item bona mulieris tam paraphernalia, quam dotalia adhuc extantia. Cum enim dominium paraphernalium in maritum non transferatur. *l. si ego 9. §. ceterum 3. ff. de iure dot. v. sed quia.* Mulieri jus vindicandi ea bona semper competere necesse est. In dotalibus plus esse difficultatis videtur, cum dominium rerum dotalium ad maritum transeat. *pr. Inst. quib. alien. licet. l. dotis fructum 7. §. si res. 3. l. cum post 69. §. in dotem 8. l. quamvis 75. ff. de jur. dot. l. si prædium 23. C. eod. l. dotale 13. §. dotale prædium 3. ff. de fundo dotal.* Ita ut solus vir rem dotalem vindicare possit. *l. doce ancillam. 9. C. de R. V. exclusâ muliere. d. l.* Veruntamen etsi maritus sit dominus dotis, nihilominus tamen rebus tam æstimatis, quam non æstimatis, mulier domina dotis etiam constante matrimonio intelligitur. Cum res in dotem datæ subtilitate quidem juris, id est, constitutione juris in patrimonium mariti transferint, naturaliter autem in mulieris permanserint dominio. *l. in reb. dotal. 30. C. de jur. dot.* Idè in rebus dotalibus, sive mobilibus, sive immobilibus, seu se moventibus, si tamè extant, sive æstimatæ, sive inæstimatæ sint, mulier in his omnem habet post dissolutum matrimonium vindicandi prærogativam. *d. l. 30. C. de jur. dot.*

13. Item res per vim vel furtum rapta subtractæ, extans. Etsi enim is cui rapta subtractæ est, possessionem ejus amittat. *l. naturaliter. 5. ff. de usurp. & usuc.* dominium tamen retinet, eju que vindicandæ contra quemvis possessorem potestatem retinet. Ex quo

202
67.
quo reprobanda videtur consuetudo nonnullorum locorum, quibus fiscus rem furtivam detinet: quare enim fisco liceat, quod privato interdictum, cum fiscus utatur eodem jure, quo privati, & non habeat privilegium, nisi in causis expressis. *l. si sub. 2. l. fiscum ult. C. de fisc. usur. 10. §. l. 1. & ibi gloss. C. de petit. her. l. item veniunt 20. §. in privatorum 9. ff. eod. l. regula 9. §. ult. v. & licet. ff. de jur. & fact. ign. l. idem 12. ff. de compens. l. via 23. §. si fundus 2. ff. de S. P. V. l. cum quidam 17. §. fiscus 5. ff. de usur. & fruct. l. in facto 60. §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. inter eos 51. §. ult. ff. de fidei. & mand. l. 3. §. cum ex causâ 4. & §. si posteriori 7. l. fiscus 6. l. quod placuit 37. ff. de jur. fisc. l. 1. C. cred. evict. pign. non deb. l. justus 6. C. de jur. fisc.*

14. Excipiuntur etiam Epitaphia, Statuæ, & monumenta, in publico posita in honorem ejus, cujus bona venduntur, quæ detrahi & vendi nullo modo possunt. *l. Fufidius 29. ff. de Reb. auth. jud. poss. l. statuas 41. ff. de acquir. rer. dom.*

15. Excipiuntur & Concubina, & liberi naturales & alumni, quia sub generali obligatione non continentur. *l. bonis venditis 38. ff. de bon. auth. jud. poss. l. 1. C. quæ res pignori obligari poss. vel non.*

16. Excipitur & filius quem pater propter nimiam pauper-
tatem egestatemque victus causâ vendidit: potest enim, qui alienatus est, se ad ingenuitatem repetere, offerendo pretium quod potest valere, aut mancipium pro ejusmodi præstando: textus est in *l. si quis 2. C. de patrib. qui filios suos distr.*

17. Item excipitur hereditas defuncti, cum bona heredis propria distrahuntur, creditoresque defuncti separationem impetraverunt. *l. sciendum. 1. §. solet 1. ff. de separationib. l. est jurisdictionis 2. C. de bonis auth. jud. poss.*

18. Excipitur & pignus pignori datum: Dominus enim pignoris, solvendo, quod suo creditori debet, pignus recuperat. *l. 2. C. si pignus pignori.*

19. Item excipitur res litigiosa pignori data. Est autem res litigiosa, de cujus dominio causa movetur inter partes *Auth. litigiosa C. de litigios. quæ pignori dari non potest, l. pupillus. 1. §. eam rem. 2. ff. quæ res pignori l. 3. C. de litig.* Sed victor in causa existens, apparet ejus dominus. *Auth. nunc si heres. C. de litigios.*

20. Item excipitur res per donationem translata, & per donatorem postea pignori data, cum invito domino rem alienam pignori

pignori obligari non posse certissimum sit. *l. que prædium 6. C. si aliena res pignori.*

21. Item excipiuntur nummi patris, quos filius familias solvit ei, qui sibi contra Senatusconsultum Macedonianum credit: pater enim illos vindicat, si extant. *l. si filius familias. 14. ff. de reb. cred.*

22. Ex bonis pupilli vendendis diminutio fieri debet, pupilli victus causâ. *l. si pupillus. 33. ff. de reb. auth. jud. poss.* Sunt enim ipsi ex bonis possessis alimenta præstanda, usque ad pubertatem. *l. fin. ff. eod.*

23. Bonis semel venditis, si post venditionem debitor modicum aliquid acquisivit, iterum bona ejus non veneunt: nempe si quid misericordiae causâ ei fuerit relictum, puta menstruum, vel annuum, vel usufructus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimenterum nomine satis est. *l. qui bonis. 6. ff. de cessione bonor.*

24. Si bona vendenda emptorem non inveniunt, vel si extat emptor quidem, sed non dignum pretium offerens, Creditores ipsi ad licitationem, cujusvis alterius vice admittuntur. *secundum l. cum in causâ 2. C. si in causa judicati pignus.* Potiorque ratio habetur ejus qui est Creditor & cognatus debitoris: Qui tantum est creditor præfertur cognato tantum; & inter plures creditores ille, qui est creditor majoris summæ. *l. cum bona. 16. ff. de reb. auth. jud. poss.*

25. Per Decretum municipale de 30. Julij, Anno 1630. Creditoribus certis ex causis licitari, & emere est prohibitum.

26. Venditis bonis pretium ex rebus redactum inter concurrentes Creditores est distribuendum pro ratione cujusvis prærogativæ, seu potioritatis, quorum magna & satis intricata est diversitas.

27. Quidam enim habent pignora vel hypothecas: quidam non habent.

28. Hypothecarum aliæ sunt expressæ, aliæ tacitæ.

29. Tacitæ sunt vel universorum bonorum, vel particularium.

30. Universorum bonorum tacitam hypothecam habent I. Fiscus: Est autem fiscus bursa seu Camera Imperij, complectens quicquid ad illius pecuniarium commodum pertinet: ita fiscum describit Bart. *ad rubr. Cod. de jure fisci. n. 13. per l. sed Celsus 6. C. de contrah. empt.* Estque propriè eorum Statuum, qui habent summum Imperium, & non recognoscunt aliquem in superiorem. Cæterorum

non

203. 67.
non est fiscus, nisi quæsierint jus fisci vel ex privilegio, vel ex præ-
scriptione. *Bart. ad l. 1. C. de summa Trinit. n. 50. circa fin.* Quod hodiè
in omnibus ferè Germaniæ civitatibus increbuit: ita ut prædicta
non de Romanâ tantùm Republicâ, aut quæ superiorem non reco-
gnoscit, vel à superiore Regalia & privilegium habet, accipienda
sint. *Neguz part. 2. membr 4. n. 114. Cuiac. 2. obs. 24. Sichard. in l. 4. n.*
2. C. qui pot. in pign. Sed de omnibus Rebus publicis & Statibus Im-
perij, cum Regalia & jus fisci habeant. *C. I. A. lib. 42. tit. 5. th. 32. n.*
23. Est enim jam vulgo decantatum, esse Status Imperij in suis terri-
toriis vice Imperatoris, & omnes Magistratus, qui merû & mixtum
Imperium habent, id sibi jure Magistratus vindicare. Unde Pro-
verbium: *Heiligen vnd Herren gehen vor / Ne quod publicæ utilitati*
dèstinatum privatorum malitiâ intereat. *l. Univerfa 1. & seq C. in quib.*
caus. pign. l. aufertur, 40. §. fiscus. 3. ff. de jur. fisc. l. si minor. 3. C. de jur. fisc.
l. libertas. 2. C. de serv. pign. dat. l. sed hic. 2. ff. de reb. cor. l. simile, 10. ff. ad
municip. l. Ælianus. 10. ff. de manumis.

31. Bona ejus qui cum Fisco contrahit, certum est, veluti
pignoris titulo obligari, quamvis specialiter id non exprimatur,
habet. *text. l. certum est. 2. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.* Idque intel-
ligitur non tantùm de iis bonis quæ debitor contractus tempore
habet, sed & de iis, quæ post contractum cum fisco celebratum ac-
quisierit. *l. quamvis. 2. C. de privil. fisc. l. si qui mihi obligaverat. 28. ff.*
de jur. fisc.

32. Unde si debitor postquam fisco obligatus est, pecuniam
in solutum dedit, fiscus eam pignoris jure revocare potest. *l. cum pa-*
trem. 6. C. de priv. fisc. etiam si is, cui alienatum est, ignorasset publi-
cum debitorem esse, cum pecuniam consumeret. l. deferre. 18. §. fin.
ff. de jur. fisc. sed hoc sine usuris. l. pecunia. 5. C. de privil. fisc.

33. Qui verò pignus accepit, antequam debitor fisco obli-
gatus est, fisco præcedit. *l. si pignus. 8. ff. qui pot. in pign.*

34. Nec aufertur ab eo pecunia, quam debitor fisci, ante
quam fisco obligaretur, in solutum dederat. *l. si quis. 9. §. sed in his. 2.*
C. de bon. proscript. l. 1. C. de iur. fisc. l. 4. C. de priv. fisci. Quod enim di-
citur de prælatione fisci, intelligendum est de eo casu, quando con-
currit cum chirographariis creditoribus, etiam anteriora privilegia
habentibus. *arg. l. quod quis 34. ff. de reb. auth. jud. fac. l. si qui. 28. ff. de*
iur. fisc. l. 1. C. si propt. publ. pens. Non verò præfertur creditoribus an-
tiquiorem tacitam. *l. non est un. C. rem alien. ger. vel expressam hy-*
pothe-

pothecam habentibus. *l. si fundum. 4. C. qui pot. in pign. l. si pign. 8. ff. eod. l. cum jure. 1. C. cred. evict. pign. l. quod quis. 34. ff. de reb. auth. jud. poss. l. bona 1. C. de priv. fisc.*

35. Fiscus qui posteriori creditori successit, eo jure utitur, quo is usus erat, cui successit. *l. non intelligitur. 4. §. si posteriori. 7. ff. de iur. fisc.*

36. Et qui succedit in locum fisci, perindè ac fiscus cæteris creditoribus præfertur. *l. ult. C. de priv. fisc. l. in fraudem. 45. §. qui pro. 9. ff. de iure fisc.*

37. Pro tributis Univerſa bona eorum, qui censentur, fisco vice pignorum obligata sunt. *l. 1. C. in quib. caus. pign.* Potior enim est causa tributorum, quibus priore loco omnia boua cessantis obligata sunt. *l. 1. C. si propter publ. pensit.*

38. Imponuntur autem Census vel Personis, quæ capitatio dicitur. *l. cum antea. 10. C. de agricol. & censit. 11. 47. vel Rebus. l. 2. C. de annonis & tributis. 10. 16.*

39. Quod si certo fundo tributum sit indictum, & fiscus ob-
cessionem, velit vendere etiam alia prædia debitoris, quæ credi-
toribus sint hypothecata, videtur cum Baldo *ad l. 1. C. si propter publ. pensit.* distinguendum, quod aut dies tributi cessit ante contractam cum Creditoribus hypothecam, aut post: si ante, fiscus potior: si post; Creditor erit potior. Cui contrariatur Cynus, qui statuit nul-
lum esse posse fisco potiozem in materiâ tributorum.

40. Fiscus quoad pœnarum persecutionem postponitur omnibus creditoribus. *l. in summa. 17. ff. de iur. fisci.* Non enim pos-
sunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutu-
ra sunt, idque bonorum cujusque esse intelligitur, quod æri alieno
superest. *l. 11. ff. de iur. fisc. l. un. C. de pœn. fisc.* Et favorabilior causa est
eorum, qui non de lucro captando, sed damno vitando sunt solliciti,
l. in eo. 33. ff. de R. I.

41. Ob reliqua autem administrationis primipilaris, Pri-
mipili bona sunt hypothecata. etiam ea, quæ uxor ejus in dotem
iutulit. *l. satis notum 4. C. in quib. caus. pignus tacite.* Excussis nimirum
universis viri facultatibus, si nihil residuum inveniatur. *l. 4. C. de
primipilo.* Videturque ratio, quod dos in bonis & dominio mariti
est. *l. dotis. 7. §. si res. cum l. seq. ff. de iur. dot. l. doce ancillam. 9. C. de Rei. Vindic.*

42. Paraphernalia autem non sunt. *l. hac lege. §. C. de pactis
conventis. l. si mulier. 11. C. eodem, l. de his. 17. C. de donat. inter vir & uxor.
l. si ego. 9. §. dotis. ff. de iur. dot.*

43. Unde

43. Unde si fiscus bona Primipili occupaverit, ejus uxor paraphernorum quæ talia probaverit, separationem & restitutionem potest impetrare. *l. 1. C. de privil. fisc.*

44. Liberi autem primipili, quamvis ejus heredes non existant, tamen fisco ob administrationem patris tenentur. *l. cum ex. 4. C. de primipil.* Cujus specialitatis nulla alia dari potest ratio, quàm quod propter naturalem saltem conjunctionem, quæ inter patrem & filium intetcedit, pro unâ personâ habeantur, & quod publica utilitas privatorum commodis sit præferenda. *l. utilitas. 3. C. de primipil. & Auth. res quæ C. commun. delegat.* Quod privilegium fisci extenditur ad cujuscumque gesti civilis muneris, vel oneris municipalis, administrationem, si quis ex eo fisci debitor permaneat. *arg. l. cum te. 3. C. ne uxor pro marito.* Non tamen ad bona liberorum. *l. cum ex solâ. 4. C. de primipil.*

45. Est autem Primipilatus officium Centurionis qui Aquilæ vexillo in legione præerat, quique quadringentos primipilarios milites ducebat. Primipilum definit Theodorus Hermopolitanus *lib. 9. tit. 9.* Annonam, quæ datur primipili centurionibus, ut inter milites distribuatur. Bald. verò & Angelus *ad l. satis notum. 4. C. in quib. caus. pign. tac.* dicunt primipilatus officium gerere, qui colligit pecunias principi debitas, quem Camerariû appellamus. *Peregr. de jur. fisc. lib. 6. cap. 6. n. 43. der Proviant/ oder Schatzmeister/ Kriegs commissarius.*

46. Vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, vel venalium rerum, tam salinarum, & metallorum, & picariarum fodinarum, ex quibus pix foditur. *l. inter publica. 17. § publica. 1. ff. de verb. sign.* Huc pertinet Ungeld/Zoll. Quod si vectigal non solvatur, res quæ transvehitur cadit in commissum. *l. commissa. 14. ff. de publican. & fisco persecutio adversus quemlibet possessorem competit. d. l. 14.*

47. II. Creditor qui ad Militiæ emptionem mutuam pecuniam dedit. *l. super. 27. & Auth. seq. C. de pignor.* Vocabulum autem militiæ sumitur vel pro nudâ dignitate & officio, ut quando dico, factus est miles, abiit in militiam, vel pro exercitio ex quo sumitur lucrum. *l. Lucius. 22. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. 11. § si servo. 16. ff. de leg. 3.* qualia sunt Militia argentariorum, metaxariorum, hoc est, distractorum serici, vel negotiatorum aliarum specierum. *l. fin. C. de pignor. l. his verbis. 102. § alumno. ff. de leg. 3. l. patronus 35. pr. ff. de leg. 3. l. illud.*

20. C. de collationib. Gothofredus ad l. Lucius 22. militiam describit officium eorum, qui in aliquâ scholâ inter statuta relati sunt, ex quo commoda & salaria à principe consequuntur: fit autem statutum de annonâ, sive præbendâ sibi danda. Nov. 97. c. 4. & ibi glossa. Baldus ad l. omnimodo. 29. §. imputari. C. de inofficios. testam. quadruplicem facit militiam; Aliam dicit non posse vendi nec ad heredes transmitti: ut si pater impetravit beneficium in curiâ, quod concernit saltem personam filij. l. si filia. 20. §. Neratius. 7. ff. famil. hercisc. l. 1. §. 16 ff. de collat. aliam posse vendi, sed non ad heredes transmitti, ut impetrati à principe redditus ad vitam, qui possunt vendi ad vitâ impetrantis. Aliam non posse vendi, sed ad heredes transmitti, ut feudum pro se & liberis comparatum. c. Imperiales. de prohib. feud. alien. per Frider. l. si quis. II. C. de proximis sacror. scrinior. 12. 9. Aliam posse vendi, & ad heredes transmitti, ut feudum acquisitum pro me, meisque heredibus, & cuius meum concessero.

48. III. Mulier. Quæ habet duplicia bona, Dotalia, & Paraphernalia. Dotalia sunt, quæ nomine & causâ dotis dantur viro. l. si ego. 9. §. 2. ff. de jur. dot. quorumque dominium & administrationem maritus habet constante matrimonio. l. doce ancillam. 9. C. de Rei vindic. l. in rebus. 30. C. de jur. dot. pro quibus ejus bona tacitè sunt obligata. l. unica. §. & ut plenius. C. de rei uxor. act. Instit. de Action. §. fuerat. v. sed & tacitam. Ita ut mulier repetens dotem præferatur cæteris mariti creditoribus, tam hypothecariis, quàm privilegiariis etiam antiquioribus. l. assiduis. 12. C. qui pot. in pign.

49. Hâc prærogativâ utuntur etiam liberi prioris matrimonij, ratione dotis matris defunctæ, ut præferantur novercæ dotem suam repetenti, & omnibus aliis creditoribus. l. assiduis 12. §. ad hæc. 1. v. exceptis junctis Novell. seqq. Cui respondet Constitutio Reipublicæ hujus, wie es mit dem vngeerbten aufgehen hinfürter gehalten werden solle/ Anno 1552. promulgata. So viel dann die Kinder ihre Bräutlauff/ Widemb/ auch die stillschweigende Vnderpfand / vnd tacitas hypothecas antrifft / die sollen billich hierinnen / vor männiglich / ihre prælationes haben. Duabus enim dotibus, ab eâdem substantiâ debitis, ex tempore prærogativam manere volumus. d. l. assiduis. 12. C. qui pot. in pignor.

50. Id quod an jur e hodierno etiam procedat, ut mulier anteriorem expressam habentibus præferatur, varij variè sentiunt. Zafius ad § fuerat. 29. Instit. de Action. intelligit de iis, qui habent tacitam anti-

205. 67.
antiquiorem, non qui expressam. cui consentit Gail. 2. obs. 25. n. 10. Schneid. ad §. 29. Inst. de action. Sichard. ad l. 12. C. qui potior. Donellus de pign. c. 14. & alij. Mynsinger autem præfert dotem etiam anteriorem expressam habentibus. cent. 4. observ. 13. si sit numerata, secus si cauta, quam Dd. confessatam vocant. l. 1. C. de dot. caut. l. ult. §. 1. v. si tamen. C. qui potior. quæ opinio & juri Justiniano verisimilior esse videtur.

51. Quod de uxore dictum, procedit etiam in Sponsâ, quæ dedit dotem, quando nuptiis postmodum renunciatum est. l. quasi-situm. 17. ff. de reb. auth. jud. poss.

52. Non tamen alij, quàm mulieri soli, hoc privilegium competit, & filiis ejusdem matrimonij. §. 29. Inst. de Action. Nov. 91. pr. Unde extranei mulieris heredes excluduntur. per l. un. C. de privil. dot.

53. Et procedit hoc etiam iu dote promisâ ante hypothecam, postea verò matrimonio contracto reverâ marito solutâ. l. qui dotem. 1. pr. ff. qui potior.

54. Non verò pertinet ad donationes propter vel ante nuptias. d. l. asiduis. 12. §. hac autem. 2. C. qui pot. in pign. §. 29. Inst. de Act. Non enim pro lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur curamus. d. §. 2.

55. Neque pertinere videtur ad uxorem cum marito negotiantem, ein *Marck Graw*. Hoc enim casu tanquam jure societatis & correa debendi unâ cum marito tenetur, neque utitur beneficio Senatusconsulti Vellejani: Ne ij, qui bonâ fide cum eâ contrahunt, decipiantur. l. utilitatem. 1. §. si plures. 25. ff. de exercit. action. l. societas. 1. ff. pro socio. Id quod, teste Gailio, 2. obs. 90. communiter per totam Germaniam observatur. Jure municipali privilegium dotis non amittit ein *Marck Graw*: sed exigitur ab eâ tertia pars.

56. Paraphernalia sunt, quæ mulier extra dotem infert in domum mariti, d. l. si ego §. dotis. ff. de jur. dot. Zasius ad d. §. fuerat. Inst. de Action. n. 16.

57. Hæc regulariter non fiunt mariti, quia non videtur hoc agi inter virum & uxorem, ut dominium ad eum transferatur: sed aut marito committuntur, ut eorum præstet custodiam, aut mulieri relinquuntur commissa. d. l. 9. §. 3. ff. de jur. dot.

58. Soluta matrimonio, si mariti fuerit custodia, repetuntur actione depositi, vel mandati; si mulieris fuerit custodia, actio-

ne rerum amotarum. Quod si expressè ita dantur, ut fiant mariti, tunc mariti fiunt, & soluto matrimonio condicuntur. *d. l. 9. §. 3. ff. de jur. dot.* Pacto, Was eines dem andern zubringt oder ererbt / soll die verändert seyn / vnd da es würde verändert / soll es auß Theilbarem ergenget werden / videtur dominium paraphernorum, ad maritum transferri: sicut & pacto nach der Statt Straßburg Brauch: alienata ex priore pacto, repetuntur hypothecariâ: ex posteriore non, nisi quæ extant, ea enim vindicantur.

59. Donatio propter nuptias quæ fit in præmium reservatæ virginitatis, & pudicitæ, *l. res uxoris. 24. C. de donat. inter vir. & uxor, & ibi Bald.* die Morgengab / paraphernorum jure censetur, nisi maritus eam in dotem post traditionem acceperit; nam tunc dotis judicio potest peti. *l. 1. C. de donat. antenupt.*

60. Pro paraphernalibus mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti. *l. fin. C. de pact. convent. ibi, ex præsentì nostrâ lege. l. ubi adhuc. 29. C. de jur. dot. Zasius ad §. fuerat. 29. Instit. de Actionib. n. 14. & seq. Mynsing. eent. 5. obs. 4. ex tempore quo res ad eum pervenerunt, l. 6 §. 2. ibi ex eo die. C. de secund. nupt.*

61. IV. Maritus in bonis uxoris habet tacitam hypothecam pro dote promisâ, siue ipsa promiserit, siue aliæ personæ, siue cum, vel sine scriptis. *l. un §. 1. ibi ex utraq. parte. C. de rei uxor. act. ex tempore obligationis. l. 1. ff. qui potior.*

62. V. Liberi in bonis Parentum. Sunt autem liberi, vel sui juris, vel in potestate patris.

63. Qui sui juris sunt, quicquid acquirunt, sibi acquirunt. *l. si viva. 3. C. de bonis matern.*

64. Qui sunt sub potestate, acquirunt vel occasione militiæ, vel extra militiam.

65. Quæ sita occasione militiæ vocantur peculium castrense. *l. castrense. 11. ff. de castrensi peculio. l. 1. C. eod.*

66. Peculio castrensi æquiparantur quasi castrensia: qualia sunt. I. donata ab Imperatore vel Augustâ. *l. cum multa. 7. C. de bonis quæ liberis.* II. quæ sita ex officio Assessoris. *l. velut. 7. C. de assessor.* III. ex Clericatu. *l. Sacrosanctæ. 32. C. de Episcop. & Cler.* IV. ex officio Advocati. *l. fori. 4. C. de Advoc. divers. jud. l. cum advocatio. 8. §. omneq. quod. C. eod.* V. ex Palatinatu. *l. un C. de castrensi omnium Palatin. pec. 12. 31.* VI. ex officio Scriniarij. *l. jus. 6. C. de castrensi pecul.* VII. ex officio Silentarij. *l. jubemus. 5. pr. C. de silentiar. 12, 16.* in quibus omnibus

206. 67.
bus pater nihil juris habet: sicuti nec VIII. in iis, quæ filius consequitur ex successione fratris, quæ fit cum patre. Nov. 118. c. 2. *ibi nulum. Auth. item hereditas. C. de bonis quæ liber.* Item ex matrimonio, quod parens præsumit solvere sine legitimâ causâ. *Auth. idem est C. de bon. quæ lib.*

67. Extra castrensia vel quasi, quæ filius in potestate acquirit, proficiscitur vel ex bonis patris; vel aliunde, ex liberalitate videlicet fortunæ, vel laboribus suis. *l. cum oportet. 6. pr. vers. si quis itaq. C. de bon. quæ liber.*

68. Quæ sita ex bonis patris acquiruntur patri plenariè. *l. 6. pr. v. non ex ejus substantiâ. C. de bon. quæ lib. §. 1. v. sancitum. Inst per quas pers. cuiq. acquir.*

69. In cæteris acquiritur patri ususfructus, proprietate liberis salvâ. *l. cum oportet. 6. pr. C. de bon. quæ lib. pr. Instit. per quas pers. nob. oblig. quer. §. 1. Inst per quas pers. cuiq.*

70. Parentis bona liberis tacitè sunt obligata pro bonis maternis, vel materni generis, *l. si quis. 8. §. fin. C. de sec. nupt. l. ult. §. exceptis videlicet. C. qui potior. l. hâc edictali. 6. §. omnibus. C. de secund. nupt. l. cum oportet. 6. §. final. C. de bon. quæ lib.* Item pro bonis ab avo vel proavo materno acquisitis. *l. 2. C. de bon. matern.* Item pro bonis quæ filius ab uxore, vel filia à marito quæsitit. *l. 1. C. de bon. quæ lib.* Idem est in sponso & sponsâ. *l. non sine. 5. C. de bon. mat. ex tempore, quo ea ad ipsum pervenerunt. l. 6. §. 2. C. de sec. nupt.*

71. Pro cæteris bonis, quorum pater usumfructum habet, liberi non habent hypothecam, nec ratio nec cautio ejus ususfructus nomine est exigenda. *l. cum oportet. 6. §. non autem C. de bonis quæ liberis. l. cum non. 8. §. hoc procul dubio. C. d. tit.* Sed obligatio, vel alienatio eorum per patrem facta, nullius est momenti, *l. quæcumq. 4. pr. & §. parentibus. l. 2. l. cum oportet. 6. §. non autem, ibi sed tantummodo. C. de bonis quæ liberis.*

72. VI. Liberi prioris matrimonij, quorum mater tutrix est, hypothecam tacitam habent in bonis secundi mariti. *l. si mater. 6. C. in quib. causis. Ex tempore contracti matrimonij, l. 1. ff. qui potior.*

73. VII. Pupillo tutoris bona pro tutelæ rationibus tacitè sunt obligata, ex tempore & initio gerendæ administrationis. *l. 6. in fin. C. de bon. quæ liberis. l. pro officio. 20. C. de administr. tut. & curat. l. nemo. 5. v. discretis. C. de legit. tutel. l. fin ff de tutel. & rationib. distr. l. dabimus. 16. ff. de reb. auth. jud. poss.* Quod extenditur ad ejus bona, qui pro
tutelâ

tu elâ negotium gessit. l. fin. ff. de tutel. & rat. distr. l. si negotium, 23. ff. de reb. auth. iud. poss. Item ad bona ejus, qui curator extitit pupilli, pupillæve, furiosi, furiosæ. l. fin. ff. de tutel. & rat. distr. cæterosque quibus curatores quasi debilibus, vel prodigis dantur, ut sunt surdus, mutus, fatuus. l. dabimus. 16. §. 1. in fin. & ll. seqq. ff. de reb. auth. jud. poss. l. & mulieri. 15. §. 1. ff. de curat. furios. Item ad curatorem ventris, si partus sit editus. l. 24. pr. ff. de reb. auth. jud. possid.

74. Hoc tamen beneficium tacitæ hypothecæ, pupillis datum, ad heredes eorum non transit, l. dabimus q. 19. §. si quis. 1. ff. de reb. auth. iud. Quamvis alias beneficium restitutionis etiam minorum successoribus detur. l. un. C. si adversus dotem. l. si intra. 2. l. ex personâ. 4. 5. C. de temp. in integr. restit.

75. Extenditur etiam hoc beneficium tacitæ hypothecæ ad bona eorum, qui bona Ecclesiæ, monasteriorum, Xenodochiorum, Nosocomiorum, Orphanotrophiorum, aliorumque collegiorum, actione piâ constitutorum, administrarunt. Cum Ecclesia minori comparetur. c. 1. de in integr. rest. & c. auditis eodem: Et pius locus cum Ecclesiâ paribus passibus ambulet. Nov. 7. c. 2. §. finimus. 1.

76. Sed non ad bona ejus, qui curator bonis datus est. l. 22. §. 1. ff. de reb. auth. iud. poss.

77. Hypothecam tacitam particularem habet. I. pupillus in rebus pecuniâ suâ comparatis. l. si tutor. 6. C. de servo pignori dato manumiss. l. licet. 6. ff. in quib. caus. pign. tacitè. l. sed si. 8. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. idem q. 7. pr. ff. qui potior. Quod si res, pupilli pecunia non in totum sit comparata, concurrunt cum ipso antiquiores. d. l. 7.

78. II. Dominus in fructibus fundi locati, pro pensione, etiam si id nominatim non convenerit, l. 7. ff. in quib. caus. pign. l. 7. C. eod. siue naturales sint, siue industriales. l. si in. l. 24. §. si colonus. 1. l. qui fideiussor. 53. ff. locati. squamvis. 3. C. in quib. caus. pign. Non item in prædiis, quæ ex fructuum pretio emuntur, d. l. 3. C. in quib. caus. Idem est in inductis & illatis voluntate domini, ita ut ibi sint. l. in prædiis. 7. ff. in quib. caus. pign. tacitè. l. certi. 5. C. de locato.

79. III. Dominus ædium locatarum in investis & illatis etiam sine scientiâ domini, pro pensionibus & deterioratione. l. 2. ff. in quib. caus. pign. tacitè. l. 5. C. de Locato. l. fin. C. in quib. caus. pignus tacitè. l. item quia 4. pr. ff. de pact. l. Pomponius 2. l. si horreum. 3. l. eo jure. 4. pr. l. licet 6. ff. in quib. caus. pign. l. sancimus. ult. C. eod. l. solutum, II. §. solutum 5. ff. de pign. act. Idem in horreo, diversorio, areâ, l. 3. ff. in quib. caus. & in stabulo. l. 4. §. 1. ff. eod.

IV. Ven-

f

80. IV. Venditor in re venditâ pro pretio. *l. quod si nolit. 31. §. Idem Marcellus 8 ff. de edil. edict. l. hereditatis 22. ff. de her. vel action. vend. l. Iulianus. 13. §. 8. ff. de Action. empt. modò non sit tradita, & fides de prepro habit. §. vendita. 41. Instit. de rer. divis. l. 16. ff. de in rem vers.*

81. V. Dominus fundi, pro solario in superficie pignori data. *l. etiam superficie. 15. ff. qui pot. in pign.*

82. VI. Redemptor pignoris ex manibus hostium, pro pretio in pignore. *l. in bello. 12. §. si pignori 12. ff. de captiv. & postlim.*

83. VII. Commodatarius in re commodatâ ob impensas in eam factas. *l. creditoris. 15. §. fin. ff. de furt.*

84. VIII. Possessor bonæ fidei alicujus hereditatis, in hereditate, pro soluto ære alieno hereditario. *l. de hereditate. 5. C. de petit hered. l. si quid. 31. ff. eod.*

85. IX. Socius pro indiviso in portione per divisionem socio quæsitâ, pro liberatione portionis pro indiviso oppignoratæ. *l. creditor. 3 §. post divisionem. ff. qui potior.*

86. X. Creditor ad refectionem ædificij, in ædificio, pro credito: Ne quod publicæ utilitatis causâ ad prohibendas ædium ruinas & deformitatem oppidorum & civitatum fugiendam factum, ulli sit damnosum. *l. Senatusconsulto. 1. ff. in quib. caus. l. creditor. 25. ff. de reb. cred. l. cum duobus. 52. §. idem respondit. 10. ff. pro soc.*

87. XI. Legatarius in rebus quæ à testatore ad possessorem perveniunt pro legato. *l. 1. in fin. C. comm. de leg. l. creditoribus. §. 1. ff. que in fraud. cred. §. 2. Inst. de leg.*

88. Expressum pignus vel constituitur pactis hominum: *l. contrahitur, 4. l. si debitor. 10. l. si is. II. §. jura. 3. ff. de pign. l. cum constet. 2. l. si quis. 9. C. que res pign. l. pignus. 1. pr. & §. 1. ff. de pign. act. l. si decem. 17. §. de pignore. 2. ff. de pact. l. pignus. un. C. etiam ob chirographariam. l. in re. 4. ff. de fide instrum. l. non solum. 33. §. si rem. 5. l. heres. 44. §. non mutat. 5. ff. de Usurp. & Usuc. vel datur à iudicibus. l. veteris. 2. C. de pratorio pign.*

89. Quod pactis hominum constituitur est in duplici differentiâ: vel enim nudâ conventionem constituitur, vel conventionem & traditionem simul.

90. Quod conventionem & traditionem simul constituitur. propriè dicitur pignus, à pugno, quia manu traditur, estque rerum mobilium propriè. *l. plebs. 238. §. 2. ff. de verb. signif. §. 7. Inst. de Actio.*

Quod solâ conventionem constituitur, propriè dicitur hypothecæ. *§. 7. Instit. de action. estque rerum immobilium.*



91. De mobilibus habemus constitutionem municipalem, Es magniem und kein Pfand han/noch darauß behaben/er habe es dann in Gewalt vnd Bewehre. Item were/das jemand dem andern lebendig Viehe verſetzte/das hatt nicht krafft/es esse denn sein Herr vnd sein Zutter/ vnd habes in seinem Gewalt. Et in *l. potior. 11. §. si colonus. 2. ff. qui potior. habetur, si colonus convenit, ut inducta in fundum pignori essent, & antequam inducat alij rem pignori obliget: tunc deinde eam in fundum inducat, pignori ea sit do nino fundi in quem illata: non ei, cui, antequam illata fuit, pignori obligata nec tradita. Et mancipia quæ pignoris causâ teneri placuerat, si non inducta & illata in fundum fuissent, Rector Provincia restitueret jubebit. l. si non. 5. C. in quib. caus. pign. tac. const. l. si & iure. 10. ff. l. 23. C. qui potiore.*

92. Generali pacti conventionem, non continentur res, quas neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse *l. 1. C. quæ res pignori obligari. ut puta suppellex, vestis, quæ ad affectionem ejus pertinent, & in usum quotidianum habentur. l. 6. & 7. ff. de pignor. Item Concubina, filij naturales, alumnus. l. 8. ff. de pignor. libri Doctorum & Studiosorum per rationem prædictam. Item quod ad culturam agri pertinet; servi, boves, instrumenta araroria. l. 7. & 8. cum Auth. Agricultores. C. quæ res pignor. Item feudalia. c. imperialem de prohibita alienatione per Fridericum.*

93. Qui habent hypothecam super contractu, vel habent scripturam privatam, vel publicam.

94. Scripturæ privatæ in concursu non habetur ratio, nisi quoad personalem actionem. *l. Scripturas 11. & Auth. si quis. C. qui potiores.*

95. Ij enim qui hypothecam habent ex publico instrumento, præferuntur iis, qui eam habent ex privato, licet hi sint prior. *l. scripturas. 11. C. qui potior.* Tanta enim publici instrumenti auctoritas est, ut in privati potestate esse non debeat, pignoris jus creditori auferre. *l. 3. ff. de fid. instr. l. si creditor. 15. C. ad l. Corn. de fals.* Accedit, quod in privato instrumento dies obligationis facillè in fraudem antiquiorum possit præferri. Quod si tamen scriptura privata, vel trium testimonio fulcita & hypotheca munita sit, vel alter instrumentum publicum sine hypothecâ habeat, secus est: quia tunc quasi publicè confectum omni suspitione fraudis, & doli liberatur. *l. scripturas. 11. in f. C. qui pot. in pign. Nov. 73. c. 1.*

96. Scriptura enim publica, est de jure scripto instrumentum

mentum, confectum presentibus & attestantibus tribus testibus
integre opinionis. *d. l. 11 & auth. si quis. C. qui potior.*

97. De jure nostro municipalis non valet contractus hypo-
thecarius, nisi scribatur per Notarios ad hoc specialiter deputatos
juxta decretum de Anno 1587. hodie in Cancellaria contractuum.

98. Judiciale pignus consequitur, qui ex causa judicati
mittitur in possessionem bonorum condemnati, ex tempore quo
ventum est in possessionem. *l. non est mirum. 26. §. 1. ff. de pign. act.* eique
potest insistere donec ipsi satisfiat. *l. si is 11. §. 1. ff. de pign. & hypoth. l. 1.
2. C. de pretorio pign. t. t. C. si in causa judic.*

99. Quod si venerit in possessionem antequam ceteri mittun-
tur, sibi vigilavit. *l. summa 21. ff. de pecul. l. pupillus 24. in f. ff. que in fraud.*

100. Privilegium habent in universis bonis I: Impensa fu-
neraria, Impensa enim funeris semper ex hereditate deducitur, &
omne creditum solet precedere: *l. impensa 45. ff. de relig. & sumpt. fu-
ner. l. 17. ff. de reb. auth. jud. poss.* Funeris sumptus accipitur, quod fu-
neris causa consumptum. *l. 1. §. 1. ff. ad l. Falc. & corporis causa eroga-
tum est, veluti in unguenta, in locum sepulturae, vectigalia, sarco-
phagos, vecturas. l. funeris. 37. ff. de relig. & sumpt. fun. in delationem
mortui, in marmor, in vestem. l. 14. §. 4. & l. fin. §. ult. ff. de religios.*

101. Extenditur ad ea, quae erogata in mortui infirmitatem,
l. in restituenda. 4. C. de petit. hered. quod pertinent Medici, Chirurghi,
Pharmacopola. Omnia secundum probata & arbitrium boni viri.
l. 3. C. de relig. l. si quis. 12. §. 5. ff. de relig.

102. II. Ea quae persoluta sunt in testamenti insinuatio-
nem, vel inventarii confectioem, vel in alias necessarias causas he-
reditatis. *l. fina. C. de jur. delib. §. in computatione. 9.*

103. III. Famuli, famulae ministrantes in domo, & mercenarii,
die & löhner / quoad operas, non quoad creditam materiam, pro qui-
bus militat *cap. Lev. 19 v. 13.* Non morabitur opus mercenarii tui apud
te usque mane & *Deut 24. v. 14.* Non negabis mercedem indigentis,
& pauperis fratris tui, sive advenae, qui tecum moratur in terra, & in-
tra portas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui, ante Solis
occasum, quia pauper est & ex eo sustentat animam suam ne clamet
contra te ad DEUM, & reputetur tibi in peccatum. & *d. l. final. §. 9.
C. de jur. delib. & aechf. Landrecht. lib. 1. art. 22. ibi.* Von dem Erb soll
man erstlich dem Besinde geben ihren Lohn / so viel ihnen gebürt / bis an
den Tag a jhr Herr starb. Hoc tamen privilegium ad eos, quorum

operâ extra domum utimur extendi non debet, nisi fortè consuetudo loci velit, ut omnis merces operæ, privilegio prælationis gaudeat. Quales sunt Advocati Procuratores, Notarij, pro salario, quorum labores ad conservandam & meliorandam substantiam sunt impensi, pro quibus est ratio. *l. 5. & 6. ff. qui potior.* Sartores, Sutores, pro operâ non pro merce. Jure Civili, qui utebantur operâ alicujus, aut utebantur servis, quibus nihil debebatur, neque ulla inter servum & Dominum dabatur actio, cum quicquid servi acquirebant, acquirebant dominis. *§. item nobis. 3. Inst. per quas personas.* aut utebantur operâ non servorum, quibus competebat actio ex Locato-conducto, mandato vel negotiorum gestione: Eæ tamen actiones nullo gaudebant privilegio.

104. IV. Respublica Creditrix in omnibus debitoris bonis. *l. pen. in fin ff de reb. auth. jud. l. 2. C. de debit. civit.*

105. Privilegiarij in partibus sunt I. Artifices in re in quas operas impenderunt, quia salvam faciunt totius pignoris causam. *arg. l. qui in navem. 26. ff. de reb. auth. judic.* quales sunt fabri lignarij, Murarij, Serrarij.

106. II. Is cujus pecuniâ res emptâ, si statim convenit, ut ea sit pignori obligata. *l. licet. 7. C. qui potior.* Nam si rem tibi non obligaverit, numeratio pecuniæ tuæ, eam in causam pignoris non dedit. *l. 17. C. de pignor.*

107. III. Is cujus pecuniâ res conservata. Sumptus enim causa qui necessariò factus est, semper præcedit, nam deducto eo, bonorum calculus subduci solet. *l. quod privilegium. §. in fin. ff. de pos. l. sci. mus. §. cum computatione. C. de jur. delib. l. 1. ff. ad l. Falc. l. fin. §. & expensâs. C. de bon. auth. jud. poss.* Unde qui ad armandam, vel reficiendam navem credidit. Item qui in cibaria nautarum, in merces obligatas, vel ut salvæ fiant, vel ut naulum solvatur, vel merces horreorum vel aræ, vel vecturæ jumentorum; privilegium habet. *l. qui in navem 26. ff. de reb. auth. jud. l. 34. C. eod. l. 1. & 6. ff. qui pot. Nov. 7. c. 3.* hujus enim pecuniâ salvam fecit totius pignoris causam.

108. Qui dicunt privilegium posterioritatis & prælationis habere Liberos, ratione Böttes, estis/Milites, Studiosos, Religiosos ratione peenlij Castrensis, vel quasi: Bibliopolas, Mercatores ratione venditorum traditorum, emptoris securos fidem: *W chselgeldt/ Y ingst/ Bruders/ Bertrant/ Gut/* factores, mandatarios, condicentes indebitum, res furtivas, agnatos, socios, eolve, qui rem judicatam pro

209. 67.
4
pro se habent, qui crediderunt in alimenta, & ad consequendos ordines Equestres; videntur destitui fundamento & lege.

109. Viso & Examinato Concurſu & qualitate Creditorum, facilis videtur labor collocationis. Bona enim in quæ facta est missio vel sunt mobilia, vel immobilia. Mobilium nemo prætere pignus potest, nisi in eo, quod habet in manu: Videtur ergo prima & potissima ratio eorum esse in particulari, qui pignus habent in manu, quia ipsis prius pignus constitutum est per traditionem. *l. 2. C. qui potiores in pign.* nisi postquam fisco obligatio acquisita est, pignus acceperint, tunc enim fisco salvum manet privilegium, ut solutum repetere possit. *l. 5. C. de privil. fise.*

110. Secundus videtur dandus Impensis funerariis in rebus universis, quia præcedunt in vecta, illata. *l. 14. §. 1 ff. de relig. & dotem, cum sint æs alienum dotis. l. 18. 19. ff. eod.*

111. Tertius locus Fisco, ob reliqua administrationis primipilaræ, in rebus universis, quia præcedit dotem *per ea quæ sup. thes. 41.*

112. Quartus locus Fisco, ob tributum, in universis *per ea quæ supra thesi 37.*

Quintus ei, qui credidit ad emendam militiam, quia præcedit mulierem ratione dotis. *Nov. 97. c. 4 supra thesi 48*

113. Sextus mulieri ratione dotis, quia dos antiquioribus privilegiis præfertur *per ea quæ supra thesi 49.*

114. Septimus erit hypothecariorum tacitorum *supra thesi 77. usq. 87. exclusive.* Privilegiorum, in particularibus *supra thesi 105. 106. 107. in rebus universis supra thesi 102. 103.*

115. Octavus eorum qui habent hypothecas sive tacitas, sive expressas: sive generales, sive speciales: sive conventionales, sive judiciales secundum temporis prærogativam. Qui enim pignora acceperunt omnibus chirographariis præferuntur. *l. 10. C. qui potior.* Dies enim contractæ obligationis est inspiciendus. *l. 1 ff. qui potior.* Et quot sunt credita, tot sunt tempora. *l. 2. l. 8. l. potior l. 6 7. ff. qui potior.* & tempora hypothecarum mutare aut interimere vel minuire, nullo modo patimur *habetur in Nov. 91. c. 1. v tempora.*

116. Inter hos regula locum sibi vendicat. Qui prior tempore potior jure. *l. 2 C. qui pot. pign l. si diversis. 8. C. eod l. qui balneum: 9. l. potior. 11. ff. qui potior.* Quæ variis implicata est difficultatibus. Non enim semper certum est, quis prior sit, quis posterior.

117. Priorem autem eum dicimus, non qui priore loco cre-

didit, sed qui priore loco hypothecam accepit, vel qui prior jus pignoris adeptus est. *d. l. 11. pr. l. creditor. 12. §. si primus. 2. 3. ff. qui potior. l. diversis. 8. C. eod.* Et non is tantum qui in principali obligatione & in pignore potior est, qui sine dubio posteriori præfertur. *d. l. 8.* sed & is qui in principali tantum obligatione prior est, simul autem cum altero pignus accepit. *l. insulam. 13. ff. qui pot. in pign.* Qui bis, hoc est, ante secundum & post eum credit, in priore pecuniâ potior est secundo, in posteriori tertius est. *d. l. 12. §. 3. & l. querebatur. 20. ff. qui potior.* & proinde si rem pignori datam vendiderit, id quod prius debitum excedit secundo restituet. *d. l. 12. §. 5.*

118. Deinde qui prior de pignore convenit. *d. l. 12. §. ult.* ita ut res pignori nexa sit. *arg. l. potior. 11. si colonus. 2. ff. qui potior. licet posterior prius pignus acceperit d. §. ult.*

119. Vnde sequitur dictam regulam procedere, tam in re pignori obligatâ & traditâ, quàm in re obligata tantum. *d. l. 12. §. ult.* Sin autem contingat, ut cõventio prioris creditoris, sit quidem prior & in principali obligatione & in pignore, posterioris verò obligatio prius sit impleta, puta quod prioris obligatio, sit vel sub conditione facta & retardata, forsan propter tardiores pecuniæ promissæ numerationem: Distinguendum est. Aut enim prioris creditoris obligatio impleri potuit invito etiam debitore, & spectatur tempus contractæ obligationis, non tempus vel impletæ numerationis, vel existentis conditionis, & ita qui prior contraxit, potior erit jure, licet obligatio posterioris prius sit impleta: Aut impleri non potuit invito debitore, & contrarium servatur per *l. qui dotem. 1. pr. l. qui ba neum. 9. pr. l. potior. 11. §. videamus. 1. l. creditor. 12. §. si prius. 2. ff. qui potior.*

120. Et quidem pignoris conventio, tempore quæ prior ad eò valida est, ut licet in diem facta, tamen posteriorem antediem venientem purè in diem excludat. *d. l. 12. §. 2. v. unde ff. qui pot.*

121. Procedit autem Regula hæc, sive pignus sit conventionale, sive prætorium, sive iudiciale. *l. si decreto. 2. C. qui potior. l. si & iure 10. ff. eo t. l. postquam. 3. C. ut in poss. leg.* Si tamen plures creditores pignus prætorium habeant ex eadem causâ, nulla inter eos temporis ratio habetur, cum unius creditoris in possessionem missio omnibus proficit. *l. is cui. 5. §. si plures. 2. ff. ut in poss. leg. l. cum unus. 12. ff. de reb. auth. jud.*

122. Procedit etiam, sive prior creditor possideat, quo casu contra secundum exceptione utitur, Si non convenit, ut res mihi ante pi-

re pignoris hypothecæve nomine sit obligata: sive posterior: quo ca-
su contra exceptionem secundi, Si non convenit, ut res mihi sit ob-
ligata, replicabit eadem ratione, Si non mihi ante, & c. d. l. creditor. 12
pr. ff. qui pot.

123. Et procedit etiam si concurrat Respublica & fiscus, l. si
pignus, § ff. qui pot. vel privatus & fiscus, d. l. 8. l. Titius. 21. § ult. ff. qui pot.
sive privatus & Resp. l. si fun. lxxm. 4. C. qui potior. l. si ignorante. 3. C. de re-
miss. pignor.

124. Neque interest, prior hypothecam habeat generalem,
posterior specialem, l. qui generaliter. 2. ff. qui pot. l. si generaliter. 6. C. eod.
sive uterque generalem. l. ult. pr. ff. eod. & multò magis si prior spe-
ciali, posterior generalem. d. l. 2. Sin autem prior & posterior
specialem habeant hypothecam, prioris autem speciali hypothecæ
subdita sit generalis, prior in ipsâ illâ re præferendus est. Equitas ta-
men esse videtur, si suum consequi non possit ex rebus secundo in
specie non oppignoratis, eum tum demum potiozem esse.

125. Procedit etiam, licet prior tacitam, posterior verò ex-
pressam hypothecam habeat, l. venditionem. 1. C. si propter publ. pensit.

126. Extenditur hæc regula ad fideiussorem qui succedit in
jus creditoris, si hoc ei fuerit cessum. l. 2. C. de fidei. Item ad postero-
rem qui priori debitum obtulit, vel ob signavit & deposuit. l. potior. 11
§ fin. ff. qui potior. l. creditor. 3 § 1. ff. eod. l. 1. C. eod. Item ad eum cujus pecu-
nia ad priorem pervenit, etiam per manus debitoris, hoc est, si an-
te ei sit numerata & ejus facta, modo statim, nec per aliquod inter-
vallum id factum sit. l. si ventri. 24. §. eorum. 3. ff. de reb. auth. poss. Siq; hoc
pacto credidit, ut idem pignus ei obligetur, & in ejus locum succe-
dat. l. 1. C. de his qui in priorum locum. Haud enim in jus pignoris succe-
dere debet, qui ipse nihil convenit de pignore. l. Aristo 3. ff. qea res pi-
gnori vel hypothecæ. Item ad quemvis cessionarium. l. fin. C. de priv. fisc.

127. Excipitur is, qui conventus negat rem ejus esse à quo
causam habet, si enim fuerit convictus, perdit potioritatem, & ex
priori fit posterior. Auth. item possessor. C. qui potior.

128. Item excipitur qui semel pignus remisit. l. foal. C. de re-
miss. pignor.

129. Item excipitur contumax qui ad emanatam citatic-
nem non comparet: amittit enim jus suum. l. 6. & 8. C. de remiss. pignori.
Constitut. muuicip. de 22. Julij 1590.

130. Item excipitur fictus creditor, l. si'io. 23 pr. ff. de lib. &
postl.

270.

67.

+

posth. l. cum hic status. 32. l. si donationist C. de contrah. empt. tot. tit. p'us va-
lere quod agitur.

131. In pari causâ potior is qui possidet. l. 10. ff. de pign. & cer-
tans de damno potior eo qui certat de lucro. l. verum. 11. §. item quæri-
tur. 6. ff. de minor.

132. Qui pecaniam dedit sub usuris acceptis pignoribus,
potior est eo, cui postea eadem pignora sunt constituta, tam quoad
fortem, quàm quoad usuras. l. Lucius. 18. ff. qui potior.

133. Nonus locus erit Reipub. per ea quæ supra thesi 104.

134. Post Hypothecarios & Privilegiarios consulitur Chi-
rographariis, si quid in residuo fuerit pro ratâ. l. 6. C. de bon. auth.
jud. poss. Si tamen aliquis sibi vigilaverit, re adhuc integrâ, reliqui
id repetere non possunt. l. si non. 6. §. quid ergo. 2. ff. de reb. auth. jud.
Nec alterius negligentia huic qui diligens fuit, noceat. d. l. 6. an pari
enim causa, melior causa est occupantis. l. 128. de Reg. Iur.

*Esto propitius DEUS, ô Dominantium, & orbi,
Reddito justitiam juraq, sacra tuo.*

*Et pacem, & lumen, potis hæc tu reddere solus
Cui laus & virtus, perpetuumq, decus.*


F I N I S.




X 2615926

VD.17







FIGURALIS

1998
Jan. 3. 2
1636. 1.

DRUM 31

ALITATE,
IONE.

IMINIS

HORITATE

AMPLISSIMI
TORUM

N UTROQUE
ORIBUS, ET
RALIBUS,

CENSURÆ
T

DERICI
NSIS.

ATI,

IANI GLASERI,
RAPHI.

VI.